



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCVI. Bekenntniß des Bischofs Ludwig von Brandenburg und des Ritters Hermann von Wulkow, daß ihnen von dem Markgrafen Friedrich zu Meißen die Stadt Zehdenik bis zur nächsten Pfingsten zu getreuer ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

longitudinem dierum feliciter operari. Cum uita hominum brevis sit et tempus labile, solent, ut expedit, actiones durature, que fiunt ab hominibus in tempore, ne propter oblivionem, que mater est erroris, simul evanescant cum tempore, scripturarum memoriis perhennari. Ad notitiam igitur omnium, quorum interest et intererit nosse infuturum, cupimus devenire, quod nos pium et debitum circa capellam antiquam beati Petri, principis apostolorum, sitam juxta cathedralem ecclesiam Brandenburgensem, gestantes officium, ad reformationem ejusdem capelle, ut in ea laus divina congruis temporibus habeatur, ipsaque a fidelibus dignis honoribus devotius frequentetur, dictam capellam quatuor mansis, sitis in villa Clebelock de consensu capituli Brandenburgensis ecclesie dotavimus et dotamus, quos eidem capelle apposuimus et dimisimus cum precaria et servitio et cum omni jure, sicut eos habuimus et nostri predecessores habuerunt, quorum mansorum pachtam, videlicet quatuor choros filiginis, dominus Johannes, dictus Gruwlhutt, prefacte capelle cum consensu Burchardi militis, fratris sui, et duorum filiorum suorum, scilicet Johannis et Alberti, apposuit et dimisit in sue anime et suorum progenitorum remedium et salutem. Nos quoque duos choros avene, de mansis eisdem in pachtam provenientes, cum proprietate census, servitio quolibet memorate capelle apposuimus in recompensam et refusionem duorum talentorum monete Brandenburgensis, que dominus Fridericus episcopus, predecessor noster, bone memorie illis de Bodinge ex villa Niendorp contulit et dimisit, cupientes per omnia cultum divinum in laudem et gloriam creatoris omnium augmentari. In cuius facti etc. Datum et actum presentibus testibus domino de Oysvelde et domino Thiderico, prothonotario nostro, clericis, et honestis dominis domino Jordano, domino Johanne et domino Jordano, fratribus et militibus, dictis de Niendorp, et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini M. CCC. XXIX. in die decollationis sancti Johannis baptiste.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CCVI. Bekenntniß des Bischofs Ludwig von Brandenburg und des Ritters Hermann von Wulkow, daß ihnen von dem Markgrafen Friedrich zu Meissen die Stadt Zehdenik bis zur nächsten Pfingsten zu getreuer Hand eingegeben worden, vom 25. Dez. 1329.

Wie Lodewick, van der guden godes Biscob tv Brandenburg vnd her herman van wlkow, Ridder, bekennen in dissem openen briue, dat wi die stat tv zedenik hebben in ghenomen tv des Erbern vorsten hant, Margreuen friederikes van Myfne, tv haldene van suer wegene tv trewer hant, an alle argelist, wente tv wiganden pingesten. Wer dat, dat die vorbenante margraue van Myfne oder einer, den wi ghe louet hebben tv suer hant, die hir na bescreuen stan, mit oppenen briuen des margreuen die stat van vs In eyscheden, nach deme neesten Ostereu bit tv wiganden pingesten, deme scol wi die stat antworden, vnd den, die mit en dar tv komen: alle korn, hauer, gerste, weite, Rogge vnd ander ding, dat tv kost nutte muge syn, dat scol wi half mit der stat weder antworden in einer summen, so dat ghescattet wert von twen luten des vorbenanten margreuen van misne, vnd van twen von vs er wegene. Die stat en scal man nicht binnen der vorbenumten tyt mer vesten noch ergeren; wen mit fulker were, als wi si in nemen, also scol wi si weder antworden. Desse vorbescreuene ding hebbe wie ghe louet Greue Guntere van zwartzeburg, her heinrike deme Eldern, voghede von ghera, her fritzen von wangenheim, her otten van vanren, her pe-

Sauptb. I. Bd. VIII.

ter von porzik, her kunemunt van stuternheim. Dat desse ding stede vnd ganz bliuen, so hebbe wi dessen brif ghe geuen, mit vnser Insigelen besegelt. Desse Brief is ghe geuen na der Bort godes M. CCC. Jar. in negen vnde twintichtem Jare, tu der sconerlinde, in deme heiligen taghe tv winachten.

Nach dem im Königl. Sächsisch. Geh. Archiv in Dresden befindlichen Original. Vgl. die Hauptst. II., Bd. II., S. 60. abgedruckte entsprechende Urkunde.

CCVII. Markgraf Ludwig präsentirt dem Bischofe Ludwig von Brandenburg den Rudolph Hugo für die Propstei zu Stolpe, am 25. Mai 1331.

Reuerendo in cristo patri ac domino, domino Ludovico, Venerabili Ecclesie brandenburgensis Episcopo, Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis ac Lufacie Marchio, nec non comes palatinus Reni, Dux bawarie ac Sacri Romani Imperii Archicamerarius reuerenciam cum salute. Vestro dominationis paternitati ad preposituram Stolpen vestre dyocesis vacantem ex renunciacione Alberti quondam prepositi ibidem, cuius presentacio ad nos dinoscitur pertinere, discretum virum Rudolfum Hugonis clericum, presencium ostensore etate legitima constitutum, litterarum sciencia et moribus non immerito commendandum, hiis in scriptis canonice presentamus, Rogantes intimo ex affectu, quatenus eundem Rudolfum de eadem Prepositura intuitu iusticie atque nostri dignemini inuestire. Datum Nurnberch, Anno domini M^o. CCC^{mo}. XXXI^o. Sexta feria post festum Pentecostes

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives 420.

CCVIII. Bischof Ludwig von Brandenburg incorporirt der Dechanei des Bartholomäusstifts in Zerbst die dortige Nicolaiskirche und die Kirche zu Bone, am 21. Juli 1331.

Ludewicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, dilectis sibi in Christo Decano et Capitulo Ecclesie Sancti Bartholomei in Cerwilt — Cum — illustres Principes Dominus Albertus et Woldemarus fratres Comites de Anhalt vobis et Ecclesie vestre Jus Patronatus ecclesie sancti Nicolay in Cerwilt cum ecclesia in Bone filia eiusdem ab ea dependente — contulerunt, — Nos ecclesiam eandem — in augmentum prebendarum vestrarum, quas tennes esse cognouimus, eorundem Principum interventu, Ecclesie vestre et specialiter Decanatu — incorporamus, annectimus, vnimus — — Actum et datum Magdeburgh, anno Domini M. CCC^o. XXXI^o. In vigilia sancte Marie Magdalene. —

Vollständig in Seckmann's Anhalt. Hist. III, 205.